Kapsel 78 N3 [104] 38.

VOTIVÆ DEVOTIONIS OBSEQUIUM,

QUOD

VIRO

PER-ILLUSTRI PARITER ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

ADOLPHO LUDOVICO REINHARDO,

S. REGIÆ MAJESTATIS BORUSSICÆ CONSILIARIO INTIMO,

EJUSDEMQUE IN CAMERA PRINCIPATUS HALBERSTADIENSIS RERUM DOMANIALIUM, ET QUÆ ÆRARIUM SPECTANT, CONSILIARIO,

NEC NON IN COMITATU WERNIGERODENSI ACCISÆ ET

TRIBUTORUM REGIORUM DIRECTORI, rel.

MÆCENATI SUO NULLIS NON HONORUM TITULIS MACTANDO

SUB AUSPICIUM ANNI MDCCXXXVI SACRUM ESSE VULT,

TANTI NOMINIS DEVINCTISSIMUS CULTOR

GOTTOFREDUS SCHÜTZE, VVernigerod.

Bonarum litterarum cultor.

VVERNIGERODÆ, ex Officina M. A. STRUCKII, Typogr. Aul.

U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE) UNIV.
1736
Kapsel 78 N3 [104]
X 3037511
AK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714437-p0001-1

DUm Phœbus curſum repetit revolubilis anni,
Atque novo gaudet carcere poſſe frui,
Lex animi grati linguas pennasquè movendo
Temporis elapſi nos meminiſſe jubet.
Hinc pietatem animi cultor, qui mente veretur
Nomen fautoris, jamque probare cupit.
Cur? in præſenti ſacrum relevare pavorem,
Et mentem gratam ſignificare poteſt.
Dumque caret donis, quæ rerum flagitat uſus,
Patrono ſtrenam ſacrificare ſtudet.
VVernigeroda Tuum nomen, *digniſſime Fautor*,
Evehit elogiis, quod *Tua* facta merent.
Te virtus pulchro, *REINHARDE*, extollit honore
VVernigerodani ſtella coruſca ſoli!

Pigno-

Pignora de meritis niveo ſignanda lapillo
Exſtant conſiliis nobilitata *Tuis.*
Præcipuè vero *Te* mactant laudis honore
Muſæ, quas nutrit VVernigeroda pias.
Dexteritate *Tua* ductus viliſſimus harum
En! ego, quod ſas eſt, *Te* decorare volo.
Vires deficiunt verſus componere pexos,
Queis alias ſedulo *Te* coluiſſe decet.
*H*inc prodo trepidis deducta poëmata labris,
Temporis haud ratio prætereunda mihi.
Quod ſi digna *Tua* minus hæc mea pagina laude,
Noſtra tamen ſpes eſt, quod voluiſſe ſatis.
In promtu cauſa eſt, animum non carmina teſtor,
Et *Te* conſilium credo probare meum:
Auſpicium hoc anni Græci celebrare ſolebant,
*A*tque ſuis falſis ſacrificare Deis:
Taurorum centum reſecabant guttura cultro
*S*acris mactantes exta cremata focis.
Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.
Hac ratione venit pauper quoque gratus ad aras,
Fautorique vovet proſpera quæque ſuo.
Par eſt chriſticolis, iterum ſi cernimus annum,
Sacrificare Deo vi numeroque precum.

Par

Par eſt, ſublatas ad ſidera tendere palmas,
Namque hæ ſunt coram pingvia thura Deo.
Par eſt, ut Jovæ commendet corde ſalutem
Fautoris cultor ſedulitate precum.
Hincce cliens ego de *Te*, *Exoptatisſime Reinharde*,
Obſecrabo Deum ſupplice voce mea:
Cunctipotens Dominus, qui rerum flectit habenas,
Qui invictas nescit ſuſtinuiſſe preces,
Ut felix ſcandas Tithonia ſecula, faxit,
Tempora ut incolumis plura ſuperſtes agas.
Miſſa *Tuo* adſpiret cœlo fortuna labori,
Si privata velis, publica ſique geras.
Sis ſoſpes, fauſtus, juxta cum *Conjuge* lætus,
Vive valeque. Hæc ſunt vota precesque meæ.

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-714437-p0004-7

Kapsel 78 N3 [104] 38.

VOTIVÆ DEVOTIONIS

OBSEQUIUM,

QUOD

VIRO

PER-ILLUSTRI PARITER ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

ADOLPHO LUDOVICO REINHARDO,

S. REGIÆ MAJESTATIS BORUSSICÆ CONSILIARIO INTIMO,

EJUSDEMQUE IN CAMERA PRINCIPATUS HALBERSTADIENSIS RERUM DOMANIALIUM, ET QUÆ ÆRARIUM SPECTANT, CONSILIARIO,

NEC NON IN COMITATU WERNIGERODENSI ACCISÆ ET

TRIBUTORUM REGIORUM DIRECTORI, rel.

MÆCENATI SUO NULLIS NON HONORUM TITULIS MACTANDO

SUB AUSPICIUM ANNI MDCCXXXVI SACRUM ESSE VULT,

TANTI NOMINIS DEVINCTISSIMUS CULTOR

GOTTOFREDUS SCHÜTZE, VVernigerod.
Bonarum litterarum cultor.

VVERNIGERODÆ, ex Officina M. A. STRUCKII, Typogr. Aul.

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
1736
Kapsel 78 N3 [104]
X 3037511 AK